stituenda, quae in scheda Illm Citii enumerantur, et justè. Pro  
Vehiculo tenetur Illmus Cittus solvere; nam expulso de Darcw Actore  
exposuit illud sub dio, ubi tum tempestatibus computruit, tum a  
Rusticis ferro, et suis ornamentis est spoliatum.

23 De debito apud Judeum Leyba Doruchowicz tenetur Illmus  
Cittus solvere, vel actorem jurare, ut propria ab illo recuperet;  
nam sicut actorem ante tempus expulit, et spoliavit; ita dictum  
Judeum injustè, et contra fidem manusua in Contractu ejus a-  
rendatario exaratum expulit, et spoliavit, ut videre est Litt. II. qui  
Judeus si in loco ad tempus in ejus Contractu definitum mane-  
ret, cortè debitum Actori solveret. Sed iniquè contra datam fidem  
expulsus, omnibus suis spoliatus, remansit ipse sine modo viven-  
di, et debitum Actori solvendi. Ecce grandem Injustitiam Illm Citii!



8  
4a. Oratas jam attrivit Illris Thomas Puryma per tres hiemes, ut go-  
tentur pro illis solvere. Non calumniosè hæc fingit actor, ut hic  
in sua scheda vociferatur Illm<sup>us</sup> Littus, sed injuriosè patitur,  
propria usq<sup>ue</sup> huc in manibus Illm<sup>i</sup> Litti injustè, et iniquè retineri.

5b. Quantum ad Volatilia, quæcumq<sup>ue</sup> superant Inventarium, tenetur  
Illm<sup>us</sup> Littus actor solvere. At superant, uti apparet confrontatione  
Regesti Dni Boblewski cum Inventario. Insuper quot Gallinæ re-  
manerant in Domino Klebanali, Juramento confirmet Illris Thomas  
Puryma, et pro eis solvat.

Ad 4. Pirdes vitreas plenas Uvis succis non respondetur in Sche-  
da Illm<sup>i</sup> Litti. Vix hoc agnovit actori a se deberi, et prætermitti,  
ne magnificis judicialibus verbis sua scheda ampliaretur, ut est  
superq<sup>ue</sup> ampliata, et malevolo spiritu plena. Restituat ergo, et sol-  
vat pro rebus alienis.

6c. Ex præmissis clarè elucet veras esse singulas, et omnes Illris A-  
ctoris pretensiones ab Illmo Judice Arbitro firmandas, et, ut sunt,  
decidendas. In contra vero Illm<sup>i</sup> Litti fictas, e mentitas, et excogi-  
tatas, uti sequentibus probabitur.

7a. Falsa est pretensio Illm<sup>i</sup> Litti pro Reparatione Organi,  
quasi illud actor destruxisset. Offerit actor Juramentum, se  
voluisse, et curasse dictum Organum longo usu attritum repa-  
rare; offerit etiam Juramentum, se non destruxisse, nequè oc-  
casionem destructionis fuisse dicti Organi. In reliquo jurat  
Illm<sup>us</sup> Littus, per actorem Organum destructum esse, et quot  
expenderit in ejus reparationem, hæc actor solvet pro gloria  
Dei in Ecclesia Daxoviensi. Ecce primam Illm<sup>i</sup> Litti preten-  
sionem veram! seu potius iniquè excogitatam.

8a. Disvendidit Illris Actor Equum nom Fundi, sed propriam,  
et ad hoc jam reposuit in proposito sue scheda 5. Litt. margi-  
nati L.

9a. Levavit Actor è Curia Wiedromensi Censûs annualis pro an-  
no 1787 flor 200. Cere Libras 25. Vini Gallici Congios 10. et hæc  
fecit gaudens libera Popèpione plus quam per 6 menses. Quo ad  
summam flor 200, hæc revera pertinet ad Actorem, nam est pro-  
ventus Ecclesiasticus, in Festo S. Joannis Baptiste solvi solitus,  
quo tempore actor obibat munita Parochialia, et habebat jus  
ad omnes proventus Ecclesiasticos. Idem dicendum de Cera, et  
Vino. In reliquo Illm<sup>us</sup> Littus requirit in integro Libras Cere  
25, et quare non libraverat Cereos in Ecclesia ab Actore reli-  
ctos? Certum est enim, nunquam sufficere Cere Libras 25 pro  
Candelis, et cereis in Ecclesia regente illum Actore, et quod Actor  
emerat Ceram aliam pro usu in Ecclesia, juramentum offerit.  
Ergo ex dictis Cere Libris 25, reliquit Actor Candelas in Ecclesia.  
Vel jurat Illm<sup>us</sup> Littus non reliquisse Actorem Cereos in Eccle-  
sia, sed hoc est contra evidentiam.



Ad ipsum dicendum de Vino Gallico, quod ut proventus Ecclesiasticus debet cedere Actori, uti laboranti in Ecclesia. Pallit et hinc M<sup>ns</sup> Cithus, a percendo sibi deberi ab Actore hos proventus refundi. Forte M<sup>ns</sup> Iudici Arbitro aliud videbitur. Nam Actor jus plenum habuit ad dictos proventus tum, quia Commendariis, tum quia pauperibus Populorum Bonorum Ecclesie.

A Cathali Lachovicensi Iudicio fatetur Actor, se retraxisse flol 185. et q<sup>d</sup> 8. et ad hos restituendos M<sup>ns</sup> Citho se submittit. Similiter quantum Subsidiu Charitativum solvenit Actor, tantum se etiam restitutum M<sup>ns</sup> Citho spondet. Notandum, in Scheda M<sup>ns</sup> Cithi trium Ratharum solutio hujus oneris preterditur ab Actore, sed et 4tam Ratham Actor solvet, si adjudicabitur ipsi popesio pro anno 1787. Sin autem, adducatur tantum Rathas tenebitur, si non solvenit, quod erit M<sup>ns</sup> Iudici Arbitro demonstrandum.

3<sup>to</sup>. Tertium Propositum ex Parte M<sup>ns</sup> Cithi in Eius Scheda est omnium, et est ejusmodi, quasi Actor Equam Leonis Kusak frumentum terentem in Agro Plebanali acceperat, et perdidisset. Circa hanc Equam res ita se habet. M<sup>ns</sup> Cithus presens ipse in Dubow juravit plus Equos, quam hanc unam, avemam in agro Plebanali terentes, accipere. Brevis restituit ceteros, quorum erant, hanc retinendo, donec detrimentum resarciretur. Post abscipum M<sup>ns</sup> Cithi e Dorew, Actor reddebat dicto Leoni Kusak Equam, quam ille, nescitur, cujus instigatu, renuerat recipere. Tandem, ne teneatur Actor in hieme victum Equae alienae suppeditare, cepit in estate Jurakowi Parbaryor in Dubow. Postea audit Actor, dictam Equam esse a Lupis disruptam. Quod res ita sit, Actor offert Juramentum. Hinc non tenetur Actor ad restitutionem ejus, cujus non fuerat occasio, neq<sup>ue</sup> causa, neq<sup>ue</sup> ullo modo hujus damni particeps.

4<sup>to</sup>. Pretendit M<sup>ns</sup> Cithus ab Actore pro duobus Caminis de Domo Plebanali dejectis. Vere Actor ad hoc reperit, quod tempestate insolita perterritus M<sup>ns</sup> Thomas Puryna persuaserat, et coegerat Actorem ad dejectionem bonorum Caminarum, ut posset vitari periculum et destructionis Domus, quo casu everterentur dicti Camini, et mortis sibi habitantiam. Rem se ita habuisse Actor Juramento firmabit. Ergo ex hoc fonte ad nihil tenetur.

5<sup>to</sup>. Proponit M<sup>ns</sup> Cithus sibi non fuisse 100 & nexu Litterarum arrendatariarum preestoditos solutos. Sed falsum est. Recepit M<sup>ns</sup> Cithus ex Capa Educationis flol 1100. Summam Proventus Sabernalis et anno 1788 flol 312. q<sup>d</sup> 21. et alia, ut probavit Actor suo proposito 14. L<sup>it</sup>. margin. 11. et infra. Debet Actori M<sup>ns</sup> Cithus



flor. 294, ut probavit Actor suo Proposito 13. Debet Illius Littus Actori  
pro Lignis, edificatione Xenodochni, rebus comparatis, et emptis, ut pro-  
bavit Actor suis Propositis 12. et aliis per totum. Ergo Actor solvit Illius  
Littus plusquam 100%. Ad collatas rationes, quas hic non vult atten-  
di Illius Littus, omnino est attendendum; nam illa rationes consti-  
tuunt pecunias alienas, quas iniuste ultra 100% apud se retin-  
net Illius Littus

Simili modo se habet summa 750 flor a Cathali Sudarico Lachovicensi  
per Actorem recepta, et in integro restituta Illi Thomae Puryna. Gallit  
ergo in sua Scheda Illius Littus, mentitur in caput suum Illi Thomas  
Puryna, dictam summam manipe in manibus Actoris. Producat Illius  
Littus Litteras suas Actori iniquè exceptas, in his apparebit ejus dispo-  
sitis, ut Illi Thomae Puryna Fratri ejus cedant pretensi flor 750. Ca-  
thali Lachovicensis. Actor verò Juramentum offert, se dictos flor. 750  
dicto Illi Thomae Puryna in integro reddidisse. Si Juramentum Acto-  
ris non sufficeret ad confirmandam falsam, et iniquam dictam pre-  
tensionem Illius Litti, spondet Actor, a se adductum in etiam sub ju-  
ramento oculatum testem, se dictos flor 750 Cathali Lachovicensis  
Illi Thomae Puryna in toto reddidisse. Haec est, uti et res cetera,  
iniqua, calumniosa, deprimens innocentem Actorem, irrisoria, et  
ludibriosa Illius Litti actio, ut ipse prepotens in sua imaginatio-  
ne, afflictum a se ulterius affligat; deprepum per se, fortius de-  
primat; spoliatum a se, de reliquis spoliat, et alienis se ditet. Fal-  
luntur hic uterq; et Illius Littus, et Illi Thomas Puryna ejus Fra-  
ter, scommata, et omnia probra in Actorem effluentia, sese hanc sum-  
mā flor 750 per Actorem privatos fuisse. Hoc mendacium est  
equale his, praemis, et sequentibus in sua Scheda, et actu Verifi-  
cationis mendacis s; exceptis flor 155. ydes, et subsidio Charitativis  
prodit in lucem Characterem, et conscientiam utriusq; Fratris  
in hiantium in aliena. Vere de hoc negotio non habet Quietan-  
tias Illi Actor, sed habuit actionem, ut Actor existimabat, cum  
Illius Officiari Epili Vilmensis, et ejus Germano Fratre, Custodi-  
bus Legum, et Jurium, eorum conscientie, et Characteri fidit; et  
res alio versa est: isti magnifici Fratres sanguinem alienum su-  
gunt, et illos saturari non possunt, rem in ultiores Inquisitiones,  
et verificationes protrahunt, ut interim alienis saginentur. Proh do-  
lor! Praedari Lupi, Custodes ovium! Haec calumniam de furto,  
ut hic aperitur, Actor supplicat Illius Judici Arbitro resarcendam.  
Nam haec est Illius Litti fictio fictissima.

Pro. Omisit et hic in sua Scheda Illius Littus suam pretensionem ad  
Actorem pro Lignis per Actorem emptis, et aut Leyba Doruchovica  
venditis, aut igne consumptis, aut juxta contractum ejusdem Actoris  
a Judicis Lachovicensibus non conductis, ut ponit pretensionem flor 55.  
Puduit Illius Littum hanc fulem, et nudam pretensionem in sua  
Scheda ponere, ne videnter fallendo, evidentius fallat. Nam non  
pretendit Illi Actor sibi solvi pro deficiendis, sed pro realibus;



neq; in ejus Registro reperiuntur deficiunt, sed realia. Si Judex Sarcovichenses juxta Contractum non comparuerunt, certe parebunt fidelius, quam Ill<sup>us</sup> Littus in suis debitis; At Actor ipse omnia solvit juxta Contractum, et expulsus ab Ill<sup>o</sup> Littlo non habuit moram diu digna empta, et soluta convectendi. Ipse ergo Ill<sup>us</sup> Littus sibi imputet, et ipse convectat, que Actor efficeret, si non fuisset expulsus. Ergo factis est ejus, et inanis hujusmodi ad Actorem pretensio.

Item Injuste conqueitur Ill<sup>us</sup> Littus de deterioratione Fundi per Actorem, ejusq; negligentiam in regendo, et de diminutione in seminacionis autumnalis. Nam Actor totum agrum in seminatam a D<sup>no</sup> Sarapewic in seminat, et in super agrum prope Ecclesiam vulgo Wtoki quam sterilem D<sup>ns</sup> Sarapewic reliquit. Ergo aut Inventarium Ill<sup>o</sup> Litti fallit, aut re vera tot reseminatam non fuit. Tandem Ill<sup>us</sup> Actor post D<sup>num</sup> Sarapewic legerat Siliginis sexagoras 313, at Ill<sup>us</sup> Thomas Kuryna, ut testatus est Jurko Barbaryca, post Actorem ex illius in seminacionibus legerat sexagoras 420, et ultra, excepta in seminacione Siliginis prope Ecclesiam. Producat tantum Ill<sup>us</sup> Thomas Registrum Crescentie post in seminacionem Actoris lecta, sub juramento, et apparebit veritas evidenter.

De Inseminacione Vernali hoc certum est. Omnem hanc in seminacionem eripuit Actor Ill<sup>us</sup> Thomas Kuryna, et illam in horreis collectam sortitus est. Ill<sup>us</sup> Actor illud ab Ill<sup>o</sup> Littlo Littis ab Ipso Actoris exceptis de ulteriori regimine Bonorum Ecclesie Sarcovichensis statuit, ne subditi nimio labore Prædii graventur, et ut suo tempore omnia fiant, agrum, qui antea ad eosdem subditos pertinebat, et hoc anno uxorem, ut ajunt, jacebat, eis divisit, ut et ipsi ditiores evadant, et plures sint in Prædio laborantes, et omnia tempestive cœquerentur. Hi subditi Anno 1767 non in Vere, ut hic Actorem calumniat Ill<sup>us</sup> Littus, sed in autumno Siliginem severunt. Falsa est ergo, et iniqua de non in seminacione Vernali Ill<sup>o</sup> Litti ad Actorem pretensio. Falsa est etiam de non in seminacione autumnali; nam Ill<sup>us</sup> Thomas Kuryna, recepit a subditis de agro ipse per Actorem diviso tertium quemq; manipulum, vulgo trevisnop. Tandem in actu Verisificationis pro Vernali, et autumnali non in seminacione pretendit Ill<sup>us</sup> Littus fol<sup>o</sup> 1982. in sua vero Scheda 3976. Utinam sua, non aliena, Ill<sup>us</sup> Littus numerare asvescat! Si Ill<sup>us</sup> Littus juste procederet cum Actore, et suo tempore regimen ab ipso auferret, quæcumq; Aprius erant, ipse remanerent; sed evidenti primum est, Ill<sup>um</sup> Littum suas pretensiones ad Actorem ita tenebris involvere, sicut Actorem jam oppressit, et prostravit. Cupit solutionem injungi pro re aliena, quam eripuit. Ecce falsitas falsissima! Similes huic sunt sequentes.

Item Conqueitur Ill<sup>us</sup> Littus Actorem juxta Inventarium / si illi danda sit fides, nam Actor hanc Siliginem non vidit, neq; mensuravit; /



P. Sola Siligimis, et aetera, quae hic ponuntur, accipite. At Actor conque-  
rinom potest, Illium illum omnia Actori eripuisse! Grandem Jus-  
titiā Illiū liti! Horrea plena Frumentorum Actori eripuit,  
et adhuc non saturatus hīs, sicit. Similis huic est pretensio Nrog  
in Actu Verificatiōis posita, quam ipse Dñi Comparari nudam,  
et nullam agnoverunt, uti et procedens est agnoscenda.

10mo Non debet Illis Actor pro alveis apum s. Nam quotquot invenit,  
tot reliquit. Imo pro uno Alveo solis sibi s. flol requirit, quem acqui-  
sivit a Dño Sicheni. Nimis hic arte examina apum examinat Illūg  
Citatus, quasi foret in potestate Actoris ex quovis Alveo duo apum exa-  
mina educere, et ideo, quia non potuit id Actor efficere, bonam Ecclesie  
damificavit. Verē malevolē excogitata Examinatio!

11mo Pro bove Philippi Zydko disrupto obstrinxit se soluturum, uti a-  
ctori debens, Judeus Leyta Boruchowicz, hunc quoniam Illius liti  
expulit de Barow, ab illo suam pretensionem requirat et necepe.

Ad 2dam Vacca una deficiens iusta Inventarium morbo quodam  
affecta emortua est. Vaccam autem relictam Actori ipsemet Illius  
liti presens in Barow vendidit Judeo.

Ad 3tium Bubuli 4, non ut hic aperiuntur vulgo Poduōthi, sed ota-  
go Aelgta, et his unus emortuus est, et tres ceteri nimis miseri per  
morbum effecti, ceperunt in usum Actoris, ad hoc restituenda Actor  
teneatur. Vix una veritas apparuit!

Ad 4tum Oves seniores in Regesto Dñi Doblewski due supe-  
rant Inventarium, pulli vero earum in Matribus remanserant, si  
suo tempore Illius liti regimen Actori reciperet, in integro eas  
rehaberet. At in ebi Oves non pariunt, sed in fatantur.

Ad 5tum Stramen manipulare, quotquot ipsius remanserant, nulli  
Actor vendidit, sed hoc stramine tecta in pradio vetera reparavit,  
et reliquum Stramen Subditis commodabat, uti Anna Barbaryca-  
wa Viduae, cui integram Domum Actor erexit, et tectum hoc stram-  
mine operuit.

Ad 6tum Stramen fricatum pecoribus pro parte expensum, pro  
parte in loco Actor reliquit, et revera seum in Buyvidue non tradu-  
xit.

Ad 7mum Lardum, et adipem Illius liti in integro recipere-  
ret, si Actorem medio anno non expelleret. Nam hoc tempore Porci  
saginantur, non occiduntur. Ad hoc sex Porci ultra Inventarium nu-  
merantur in Regesto Dñi Doblewski. - Quod pertinet ad personam  
Dñi Stapewski, verum est, quod ipse post expulsionem Actoris omnia  
posedit, et omnia iusta suum velle cum Illi Thoma Puyra dispensavit.  
Hujusmodi sunt cetera pretensiones.

12mo Sylvam Plebanalem non devastavit Illis Actor, sed Illis Tho-  
mas Puyra, qui post expulsionem Actoris et in Pradium, et in Barow  
ligna ex hac Sylva convehabat, ideo certē, ut calumniosè Actorem  
accu-



accuset. Juramentum ador offerit, nullam Arborem virentem se jus-  
siffe succidendam, nisi in inevitabilem necessitatem, quae necessaria in  
Jundo remansere. Et nulli hominum etiam subditis loci permisit hanc  
sylvam, ut ex ea ligna sibi convehant, nisi legere tantummodo ~~fr-~~  
frondes aridas, sponte delapsas, ne Pratum visdem frondibus occu-  
paretur. Nam intra hanc Sylvam optimum Pratum invenitur. Vult  
hic Mm̄us Cithus novam Inquisitionem, in loco designari, ut hoc  
totum negotium diripet, et fraudet, et interim alienis saturatur.

13to. Omissit hic in sua Scheda Mm̄us Cithus praetensionem in Acta  
Verificationis positam pro Filio Thoma Ldar au fugo, quasi Mm̄us Ador  
foret causa hujusmodi fugae. Fugiebat ille antea, et nunc fugit.  
Jurat Mm̄us Cithus, quod Ador hujus fugae occasio fuerit, habet,  
quod praetendit.

14to. Praetendit Mm̄us Cithus pro semine Siliginis Soli 27. et  $\frac{7}{8}$  men-  
suras. Ludit et hic suo more. Omnia Actori eripuit, et praeterea  
pro iniquè ereptis solvi sibi percipit. Sperandum est, Mm̄um Cithum  
ultra modum divitem evasurum, si sic aliena pro sua sorte multi-  
plicat. At fablit ubiq; in Acta Verificationis praetendit fol 2280,  
in sua vero Scheda fol 1571. suo more ubiq; ludit, modo aliena  
rapiat, et eripiat. Sed et eo modo non saturatur, provocando In-  
nocentem Actorem ad ulteriores Inquisitiones, et Verificationes, et  
tandem omnia eliminat.

Pro semine Dicitur etiam moneuram Soli exposcit fol 19. obli-  
tus, quod Actori eripuit ejusdem Dicitur sexagenas 150 in man-  
pulis, et quod in Registro Dni Doblewski reperitur: Ppenniy Kadri  
dwie, ytreeuey komie in puro grano. Omnes Dicitur Mm̄i Cithi  
sunt hujusmodi.

15to. Quosumq; Censur suo tempore Ador a Villanis exegit, ideo hoc  
fecit, quia debuit, ut legitimus, et pacificus Populus. Mm̄us Cithus  
iniquè omnibus Actorem spolians, curat etiam omni jure eun-  
dem spoliare, et sanguine effuso, cupit etiam animam ejus tollere.

De Siligine Villanorum responsum est Proposito 3to ex Parte  
Actoris, ubi apparet falli Mm̄um Cithum, qui semper inhiat alie-  
nis, hanc siliginem, avenam, etc. qua Mm̄us Ador distribuit, et re-  
cepit quodam ab eisdem Villanis, ceteris usq; huc non restituitis, esse  
Mm̄i Cithi. Propria Ador distribuit, propria recepit, quomodo non  
omnia, ut videre est Registro Nro I. Mm̄us Cithus sua distribuat,  
et sua recipiat, aliena autem restituat.

De Gallinis, et Ovis evidens est, ea ad Actorem, uti pacificum  
Populum, pertinere, citra clamores Mm̄i Cithi bonae spei ulterioris  
Administrationis.

16to Quosumq; Ador sumpsit, sive consumpsit etiam de Crescentia  
anni 1787 justè, et legitime fecit, nam erat justus, et legitimus Pop-  
ulus.



se per omnium, quae administrabat. At Illms Cithus iniquè expellendo A-  
ctorem a possessione, iniquum sese exhibuit, serò sibi per has pretem-  
siones medicinam parando, ut suum patetium vulnus curaret. Nam ali-  
ter curare non potest, nisi sucto innocenti sanguine. Nonum proprium  
dispensavit actor, non delapidavit alienum, ut hic gloriatur Illms Cithus,  
sese alienorum bonorum Dominum conhibuendo. Nihil suavius Illmo  
Citho in tota Eius Scheda venit, quam in Actorem innocentem, et oppres-  
sum panas, Excommunicationes, suspensiones, etc. fulminare.

7mo. Quaeque de Lactioinio a Vaccis Illris Actor percipit, omnia  
ipsi Illms Cithus cum suo Fratre Illro Thoma Purgra eripuit, et Ba-  
tyrum, et Caseos. Juramentum offert actor, se nulli quidpiam de hoc  
genere vendidisse; ergo omnia remansere; ergo omnia Illms Cithus  
habet, et possidet; et tandem pro his solvi sibi optat. Verò, ditior,  
ut est, et alieno evadet. <sup>Butyrum repositum forte Illms Citho ad ungendum axes  
Curium Rusticatum, vel suos applicabit, quia dicit hic re-  
portari, sicut sebum in domo Plebanali.</sup>  
Pro Correis dicitur hic, ut est in Inventario, per eam quem sit fides;

At Regestram Dni Doblewshi non comprehendit omnia Corria; nam sunt  
ibi omnia duo Corria Actoris propria in Domino Pradii relicta, rem ita  
se habere, Juramentum Actor offert. Si ergo Dnus Doblewshi omisit  
in suo Regestro, quae in Domino sub cubiti erant relicta, certe omisit  
ea, quae erant sub tecto in eadem Domino. Iur et ergo Illms Cithus, haec  
peritus non esse inventa, Actor de his tenebitur.

8vo Illms Cithus optime perversitatem callet. Ubique Actorem invenit, Pos-  
sionem anni 1767 ad Actorem non pertinere, non esse Eius fructus hujus  
anni, etc. et hic cogit ab Actore solutionem Famulis pro eodem anno.  
Nimis rationabilis Calculatio! Bene solvet Actor Famulis, modo spes  
adjudicatur annus 1767. Sed nunc expulsus a Possessione anni 1767, re-  
liquit et Famulos, et stipendia eis debita. Apparet hic, quod Illms Cithus  
verè agit subdole, ut solummodo rem exaggeratam Illmo Judici Arbitro  
obvertat, et obtudat.

9mo et 10mo Quae his Propositis ab Illmo Citho inferuntur, sunt  
ipsi ipse malitia excrementa. Certum est enim, et hoc est bene no-  
tandum, quod Illms Cithus disposuit in Litteris Actori exceptis, haec Jus-  
dicio restituentis, ut Villani convectant Ligna grandia in Hiedwiedice  
jacentia pro futura Ecclesia. Ad hujus modi unius Ligni convectio-  
nem toria parva bovm erant necepario Jungenda; et ut quilibet Villanus  
convectat tot hujusmodi Ligna, quot vulgo cwierni jednuy Wtoki possi-  
debat, et hoc ultra obsequium subditale. Onus hujusmodi erat fer-  
me impossibile, nisi cum gravissimo incommodo Subditorum. Actor  
habuit Ligna minora in Lachowiae emptà pro sepelienda Ecclesia  
vulgo ma Parkan. Ut ergo satisfiat utriusque, et Dispositioni Illmi Cithi,  
et alleviaretur onus Villanorum, iisdem Villanis proposuit actor,  
ut haec Ligna minora è Lachowiae convectant; et ita est factum,  
Et haec est via, sive iter ad Lachowiae, pro quo hic preten ditur.  
Si Actor propriis expensis convectet haec Ligna, preten dit ab  
Illmo Citho sibi solvi; sed non preten dit pro Convectioe, sed tantum pure  
pro Lignis. Vanè ergo pro itinere ad Lachowiae preten dit Illms Cithus,  
quia ipse juperat, et disposuerat hoc iter.



De via kleuensi hoc est certum. Defecit Subditis panis, hunc summo pe-  
re ab Actore Subditi postularunt. Actor invenit gratiam apud Dñm  
Rympha Regentem Drocensem, qui tot concepit, quot iidem Subditi  
vellent triturare. Libentissime huic annuerunt Subditi, et tritura-  
bant propter se, et convehant propter se. Imo Actor cepit ipsius  
obsequium subditale sibi debitum tunc, quando Subditi triturbant;  
insuper 30 dies laboris Dño Rympha pro hac gratia Actor ex suo  
cepit. Quae ergo est injuria Subditis, quibus actor panem invenit;  
et tot dies laboris ipsius domavit, quot exegerunt in tritura, et con-  
vectione frumenti? Haec est via kleuensis.

Via in Stonim, et Surinen consuevit compensari obsequio sub-  
ditali, et est revera compensata. Si quis Subditorum ultra neces-  
sitate in hac viam oraretur, ipse sibi imputet.

In 19. Proposito Nrō 3to iteratur pretensio pro bove Philip-  
pi Zydko flol 20. et Proposito Illm pro eodem bove praten-  
debantur flol 40. Si tertia Illmus eandem pretensionem  
repeteret, forte efficeret plus quam 60 flol. Ecce realitatem  
pretensionum Illm Citti!

Nrō 4to Andrea Katinowski pro bove non 14. flol, sed 13.  
soluit, aut soluturus erat Judeus expulsus Lajba Poruchowicz  
Nrō 5to Theodor Lenoyk debebat Judeo, et pro delicto red-  
debat eidem duos Currus Fami; Actor Judeo exsoluit, et sibi duos  
Currus Fami retinuit.

Nrō 15to Si verè rogati sunt in thelonia flol 3. et gr. 12, hos  
Actor subditis spondet se refususum.

In eodem Nrō formantur fictae pretensiones pro plagis 25  
Lucae Romaneruk inflictis flol 62, et ibi memorantur vulnera,  
quae ex capite vere vulnerato emergerunt. Nemo enim unquam 25  
plagas capiti infligit, sed parti inferiori.

Cur non crudeliter, sed crudelissimas, ait Illmus, plagas 30 in fle-  
nas Joanni Romaneruk? Ecce pretensionem dignam attentione!

Thomas Katinowski non fuit spoliatus valetudine, neq; inhabilis  
ad labores, et provisionem vite effectus ab Actore, ut hic a pemit Illm  
Cittus, per crudelissimam cessionem, in eam Actor claudum ipsum  
invenit, et claudum reliquit. Lararus fuit, Lararus est: nam ager  
jauit, et obsequium subditale non obierat, pro quo Illm Citti  
tenetur Actori compensare. Neq; Actor jupit crudelissime i-  
psum cedere. Haec est enormis Calumnia Illm Citti in Actor-  
rem.

Lucas Rydewski Vir seniculus non potuit affici plagis 60,  
si forte affectus fuerit, certè paucioribus. Sed Illm Citto placuit  
suo more ampliare, quae ipsi videntur amplianda; et minuire,  
quae videntur minuenda, modo innocens opprimatur.



12

20mo Proposito Mro adu pretenditur in gratiam Stephani Idan pro 40 diebus laboris. Mro quo item in gratiam Simonis Barbaryer pro 40 diebus laboris. Res haec ita se habet. In Inventario istius duo Villani quaquam hebdomada debuerunt obire obsequium subditale per dies 4. Anno 1786 didum obsequium non obierunt, anno vero 1787 mandavit ipsis Actor, ut iuxta Inventarium laborem debitum praestent. Et rem ita esse, juramento Actor firmabit. Quod autem hic aperit Mons Littus, dictos Stephanum Idan, et Simonem Barbaryer laborare ex gleba in fructuosa, et sterili, hanc glebam Ipsemet Mons Littus ipsis distribuit. Hinc non tantum Actor aliquid debet dictis Villanis, sed pretendit eis solos ab Mro Litto pro diebus 104 laboris, quos dicti Villani iuxta Inventarium Anno 1786 Actor non praestiterunt. Item restituat Mons Littus, qui omiserunt Actori prestare Thomas Curyk, et Thomas Kozmanowicki de Dubowo, ac etiam Simon Idan, et Martinus Idan de Sachimowicze, hi iuxta Inventarium tenebantur obsequium prestare diebus 6 in quavis hebdomada, et non praestiterunt, nisi 4 dies. Futilis est ergo, et imaginative excogitata Mris Litti pretensio, Actoris vero realis, et vera.

Verum est, quod Mris Actor coegerit Villanos ad reparationem viae in Campo Canoniarum Regular. Lattor. Stonim. Sed optime id fecit, nam non tantum Canonici Regul. Lattor. gradiam huc, sed etiam ipse Mons Littus hac eadem via recte, et belle graditur.

Ita in Surireni non est oblitus hic Mons Littus repetere, ut ejus scheda amplius appareat, et numeri quam plurimi addantur.

In reliquo tempore Verificationis ipsemet Subditi fecerunt, se esse pro omnibus satis factos, et hic Mro Litto satisfieri nequit. M. Videatur ultimo fol. in fine sub signo X.

21mo Justior videtur Mris Thomas Puryna, Mro Litto. Nam prior in acta Verificationis pro expensis litis posuit flor 2700. Mons autem Littus in sua scheda posuit 2800, verso postea s. in r. Item occasione Traditionis Praedii Dubowo Mris Thomas Puryna posuit flor 2000, et Mons Littus correxit errorem, et posuit flor 3000. Repetit et hic Thomam Kalinowski callens optime additionem, nam addidit flor 2000. etc. Haec et alia uti evidentiissime sunt ementita, ita sunt per se falsa, et iniqua.

Cum hujusmodi pretensiones Mris Litti ad Actorem vere ementita, et solummodo ad ostentationem, et exaggerationem magnificam collecta, Jure, et Justitia nullitati subjacent.

Ita etiam repetit Mons Littus in sua scheda, ut amplius fiat, Actorem non popedipe Beneficium Doreciense Contractu Arrendatario, repetit, amotionem Actoris tam a Popedione dicti Beneficii, quam a propria suppellectili, juste fuisse effectam, repetit,

devasta-



devastationem Fundi, retractionem Consuum Fundationum; expul-  
sionem unius subditi; cesionem alterius usq; ad invalehdinem; in-  
super calumniatorem Actorem, quod fuerit injuriosus per omnia  
Administratores, ac jurgiosus cum Parochianis etiam Commendarig.  
et omne suum virus illius libus in Actorem evomuit. At pre-  
tensionibus repetere omisit. Si has repeteret, adhuc amplius  
Scheda Ipsius foret. Actor hic eadem non repetit, quia superig  
omnia suis locis probavit. Addit hic Illius libus, quod non vio-  
lenter, sed modestè Actorem omnibus privaivit. - Apparet hoc  
evidenter collatione Inventaris cum Registro S<sup>m</sup> Boblewski, qui  
rerum Actoris in Domo Plebanali retentorum Registrum non  
comparavit. Jumenta in Inventario numerantur 45. in Re-  
gistro S<sup>m</sup> Boblewski 36. Certum est, ut reposuit Actor ad Pre-  
tensionem Illius libi 17<sup>to</sup> Anno positam, quod Vacca una mor-  
bo affecta emortua est; quod Vaccam unam Actori relictam pre-  
mit Illius libus presens in Duceu Judeo disvendidit. Unus bobus  
emortuus est, tres vero reliqui ceperunt in usum Actoris, quos  
Actor tenetur restituisse. Duo Boves, et Saurus unus apud Villa-  
nos. - Ad oves ibidem est responsum. - Capri in nume-  
ro concordant. - Sues in Inventario numerantur 26. in  
Registro S<sup>m</sup> Boblewski 32. et superant 6. - aves, vulgo Indy-  
hi in Inventario non reperiuntur, in Registro vero S<sup>m</sup> Boblee-  
ski numerantur 30, qui sunt proprii Actoris. - Anseres in  
Inventario 11, in Registro S<sup>m</sup> Boblewski 14. ergo 3. supe-  
rant. - Gallinae in Inventario numerantur 21. in Registro  
S<sup>m</sup> Boblewski 56. ergo superant 37. Quot autem relicte sunt  
in Domo Plebanali, jurat Illius Thomas Puryna - anates in In-  
ventario numerantur 6, in Registro S<sup>m</sup> Boblewski 19. re-  
stant ergo 13.

In Registro S<sup>m</sup> Boblewski reperiuntur ea, quae desunt in  
Inventario. Uti Widet do odstaniama garkow 2. Lamkow 9. et  
in Inventario Lamkow 5. Fas. Kadri in Registro 22. in Inventario 19.  
In Registro Kowp do syparia stora 1, y Suflow 3. setek 4. in In-  
ventario Kowp 1. In Registro Bereck do stewaniam piwa 8. in Inven-  
tario 12. jurat Illius Thomas Puryna, quot horum remanserunt in  
Domo Plebanali, idem dicendum de Fasy, et Kadri. - Sito uen' hie po-  
cerowame, Hlak na oley poliwany reperiuntur in Registro, deficiunt  
in Inventario. - Misek poliwanyh gliniaryh 2 in Registro, non  
item in Inventario. - In Registro Worow radra korcowyeh 8,  
in Inventario Worow radnyeh setek 4. - In Registro Osi do  
pojardu 2, a do smasi 2. setate 4, nihil horum in Inventario,  
In Registro Kolas a kotami staremi 1. in Inventario Kot tybnyeh  
zarywanyeh para jedna, Droynia 2 Osi radnia 1. In Registro  
Chomq gospodarstwi stary ber - Uzw. in Inventario deficit. -



13

In Registro Dragonic duwie, in Inventario Dragonica jedna, — In Registro Latarmia silita prostego jedna, in Inventario deest. — In Registro Paszek maslanych sztuk 6, reliqua in Domo Plebanali sub juramento elusidande, in Inventario Paszek namasto 3. — In Registro Garmiec zbarowy drewniany 1, in Inventario non reperitur. — In Registro Chmie lu Fas nice, y pot, proa registru udzielnego, in Inventario nihil. Alvei in Registro ponuntur 30, et in Inventario 33, hi arte non sunt bene numerati; nam actor nullum Alveum alienavit, immo unum cum apibus a Dno Siehen acquisivit, ut dictum est superius.

In Registro samodriate Sukna folowanego na Gumie Lokci 18  $\frac{1}{4}$ , item Wetny rozstoyeniia Owiec Run 21, in Inventario nihil horum.

In Registro Prigdy wetnianej Klobachow 11, in Inventario 9. In Registro Prigdy pacesnej Klobachow 8, in Inventario Prigdy radnej Klobachow 20, forte errarunt numerando. — In Registro Plotna pacesnego Lokci 13  $\frac{2}{4}$ , item Plotna egrebnego Lokci 6, item komopri natarzych plotkoni zwiazkow darych 2, matych 41, item Lnu natarzego garsci, cypli zwiazkow 6; horum nihil reperitur in Inventario. — In Registro skoreki owonych wyprawnych duwie, Bicy kawat, niewyprawnych siedm, Ditto Aelca 1, sztuk 8; item Smuschow Owonych niewyprawnych 11, in Inventario Aelcnych sztuk 6, Owonych sztuk 4.

In Registro Plotna tkachiego serowego sztuka 1. Maska Paszek 2, et iste Paschi Batoryo plena non sunt numerata inter 6 vacuas. Miodu ceber na 3 cale nepetny, Syrow 10, jay kurnych 45, Maku Baska maslana, y ceberok nepetny 1; et ista Baska maslana non est numerata; ut in Inventario nihil horum reperitur. — In Registro Bobu Kade petna, y w drugay jakby 6 min 2; in Inventario Bobu 6 na 1, garay 9. In Registro Owsa 6 na 1, y Pior dartych Worek jakby 6 na petny; in Inventario plus invenitur frumenti varis generis, sed Illius Altus Horrea plena Frumentorum Actori eripuit. At Piora darte in Inventario non reperuntur. — In Registro Pheniay Kadhi duwie, y krewey komiec; in Inventario 6 min 2.

In Registro w drugim Swironku Germiemia Becek 3, y 6 min 3. Ex his clarum est, quod Illius Altus Actorem in multis damnificaverit. Comportet Illis Thomas Puryna Registrum supellectilis Actoris in Domo Plebanali relicta sub juramento, et gravior injuria Actoris evidentijs apparebit.

De violentia sibi illata reposet Actor superius imitio secundi Puncti Cathegorici. — De secunda expulsiore post traditionem Dubowa per Iudicem Vice-Palatinum Cathed. Novogroder actum est, Illi Thomam Puryna id effecisse, ut actor no spidendo Dubow, nihil emolumenti haberet; ubi clarum est ex iisdem Testibz. Testis Imus ex Parte Illius libi ad h. 23. Zgota nic niemalart W. Obuchowice w Dubowie, bo w fuptho do Darcwa bytopneprowadiono. Idem Testis ad h. 23. o dwóch Barythach Wodki styhao Tem od chtopow, ze Stan Adamowice Dyspnytor Plebaniski w Sachimowicach jedna Barythę Wodki wyfraktowat, y sam sie upit; a ras' w Dubowie wyfat druga Barythę Wodki, niendota.

inc



iac samoney wypic. Idem ad l. 26. Postypatem rust Adamowica  
Dyppontora, który umnie w domu będąc mieszkał, że chłopci Dubowscy nie-  
chay robia w Poluarku Dubowie, a mąskom arędować zgotą nie dozwalam.  
Testis secundus ex Parte Illm<sup>i</sup> Cilli ad l. 26. Zgotą nic nie miałart  
W. Obuchowicz w Dubowie, bo cąta kresenya była wywieriona do Ple-  
banii. Idem Testis ad l. 27. Zgotą odachowshiego Wódke, daną do  
wykupkowania w Sachimowicach wypito, czyli wysarło; forsamoy  
y ule Wsi Dubowie uwygniono. Y to stypatem, że byto przykarano lu-  
diom, aby niewaryłisic do cudnych Panow isć mąrobote. Idem  
ad l. 28. Zgotą nic nie byto w Dubowie przed Tradycyą, a jure po-  
Tradycy nic nie miało byto wywonic, bo gotę tylko ściany rostaty.  
Testis 3<sup>us</sup> ex Parte Illm<sup>i</sup> Cilli ad l. 28. Nie miałart W. Obu-  
chowicz zgotą ładnego stora, ani siama w Dubowie, ani ładney  
reery przy zajezdzie, bo w sypitko wywieriono byto do Plebanii. Idem  
ad l. 28. Nie byto stora w Dubowie ładnego po tradycy, a ratym  
ym tóric nie byto rego. Idem ad l. 27. Nie porwałart Adamowicz  
dą Plebana skozom na pan przyymę chodric poddanym Dubowshim  
do Odachow przyymy. Learto tak byto: że chłopci Dubowscy pierwoy przed  
Tradycyą odrobili swą pan przyymę wpryncyżosć na cetery tygodnie,  
y dlaty przyymy na 4 tygodnie, a żeby chłopci niesturili udermę  
Panu. — *Liquet ex his. Illr<sup>m</sup> Thomam Puryma effecisse, ut Acto-  
rem eludat, et omni fructu sperando privet. Non potuit ergo  
Plenipotens Actoris jejurus sedere, quia nihil erat in Dubow, neq;  
alicui obsequium subditalate conducere, quia illud jam erat elabora-  
tum, et subditi prohibiti.*

Falsum est, nullum necus Illr<sup>m</sup> Actoris in Darcw remansisse,  
nam ex dictis superius remansit Equus, remansit et Bos, iuxta  
Depositionem Testis Am<sup>i</sup> ex Parte Actoris ad l. 41. Kupit IX  
Wyrykowshi Wotu, y dat chłopowi do Sachimowia dła oraria.  
Remanserant Sues, et Volatilia, ut videre est in Rogest<sup>o</sup> Dm<sup>i</sup>  
Boblewshi collato cum Inventario, praeter alia, quae adhuc non  
sunt regestrata.

Non procepit Actor uim Illm<sup>i</sup> Cilli contra Iura, et humanitatem Ec-  
clesiasticam ad Forum seculare evocando Item quia Illm<sup>us</sup> Cillus uti  
Persona exempta, non agnovit Forum in Curia Celsissimi Principis  
Pastoris Nostri, nisi serius post. Edo quia Illr<sup>m</sup> Actor submittebat  
se propria Persona Illm<sup>o</sup> Cillo in hoc negotio, et repulsam est paps.  
3<sup>tio</sup> quia rogatus miserat ad Illmum Cillum equē dignos Viros  
Romos Regis Kosciathowshi, et Jacobum Sedertio Canonicos Cathedr.  
Vilner, ut horum ope inveniat hujus negotii finem, nihil et  
hoc profuit. Quid ergo Actori agendum restabat? Post transacta  
tam in iudicio Castrens<sup>i</sup> Novog<sup>o</sup>, quam in Curia, et Warszawa, subdi-  
dit se Actor Celsissimo Principi suo Pastori, a quo Litteras accepit,  
ut res in Eius iudicio finiatur, et vis tandem eadem res eo deve-  
nit, ut se submitteret huic iudicio etiam et Illm<sup>us</sup> Cillus. Et hoc pra-  
sons iudicium Actor evadere studuit, dum ultimarie et instinctu  
Illm<sup>i</sup>



Illius Judicis Arbitri, iterum sese Illmo litto submittebat, a quo pro hac submissione solas minas rehaebuit. Non egit ergo actor contra Sura, sed iusta Sura, ut propria recipiat, et rehaebat. Promptior est actor in obediendo, ut hic revera obedit, propriae Jurisdictioni, quam Illmus litlus in alienis restituendis.

Iterum hic repetit Illmus litlus proventus alienos, scilicet anni 1786, hi certe ad actorem, non ad Illmum litlum, pertinent. Et etiam repetit 100 R., quos actor, ut i supra deductum est, persolvit, et quae restant, ab Illmo litlo exigit sibi persolvi. Et nimis ordinatè hic Illmus litlus procedit. Quae enim ab Ipso debentur Actori, in ulteriores Inquisitiones, et Verificationes, et forte a horam Obitus sui protrahit, et differt; quae vero imaginativè pretendit a b actore, uti hic 100 R., toties frustra repetitos; haec sibi solvi spatio strictissimo trium dierum, instantaneè per Mandatum executivum decernit; Ex communicationes, privationem Beneficii, in habilitates, suspensiones declarat. Ecce omnimodis Magnanimitatem!

Similiter repetit, et repetit Illmus litlus Inseminationes autumnales, pensionem Subditorum, etc. et omnia alia, quae hic in sua Scheda posuit mendacia; quae sicut suis locis sunt demonstrata, ita hoc loco Scheda Illmi litli sunt contemenda. Iterum Pensionem Redpream, scilicet eosdem 100 R., repetit; quae Pensio ab Illmo litlo jam recepta, si tot vicibus numeraretur, quot vicibus ab Eodem repetitur, certe efficeret summam majorem, omnibus summis, quas in sua Scheda Illm' litlus velle numeravit. - Quaecumq; hic in Scheda Illmi litli sequuntur, sunt commemoratio rationes praeteritorum, quas ut legere solet, ita et in illas respondere. - Intendit hic Illmus litlus rationem reddi ab Actore de Mobilibus, haec utiq; inveniuntur in Inventario, et Registro Dni Boblewski, praeter res actore in Domo Plebanali retentas. - ceterum, quae hic scribit in sua Scheda Illmus litlus de manifestatione, de citatione in Judicio Castrensi Novog, nihil deducunt, actorem injuste, aut contra Sura procepisse, cum actor non potuit, neque nunc potest, nisi in hocce Judicio Illmum litlum flectere ad propria sibi restituenda. -

Non finxit, neq; mentitus, actor Regestrum Segetum in manibus; nam has Segetes ipsemet sedit, legit, et in horrea convexit; sed Illmus litlus fingit, et mentitur, haec omnia ficta, et ementita esse; quia Ipse, uti Praepotenti, omnia probra in actorem evomere licet. - Pecora, Equos, volatilia actore negat Illmus litlus, et statim meminit Equi pusilli, quem injustè alienum usq; huc retinet, et à calumniis, quasi ab Actore sibi impictis, cavendo, acuto dente actorem calumniat. -

Utinam finiat Illmus litlus repetitiones manifestationum, et citationum, et nullitatem Regestri actore; nam sine his commemorationibus deidentur res distinctim ab Illmo Judice Arbitro, actor decisionem acceptabit.

Sed vero Summe hic in Scheda Illmi litli exarata, praeter flor 185. gr. 4. Cahalis Lachovicensis, sunt eadem, quae ex dictis superig deidentur.



devidentur, et hic frustra repetuntur.

Cum deniq; multa superant Inventarium in Registro Dni Doblew-  
ski, et nulla numerantur, quo usq; hac retinenter in Sono Plebanali, ea  
omnia Actori sunt restituenda. Et species alie in Registro actoris  
expresse vere sunt Actoris, non Illm<sup>o</sup> Citti, ut hic false in eius  
Scheda aperitur.

Pro Lignis, et structuris ulteriorem indagatiorem requirit Illm<sup>o</sup>  
Cittus, et in ea reservat sibi, quae jam diu antea tenebatur, et nunc  
tenetur restituere.

Distinctim et ante omnia. Quoniam Illris Actor iniert sua  
pacifica possessione pactum cum quibusdam Judicis de vendendis  
segetibus, quibus postea ab Illmo Citto estitit spoliatus, inde eundem  
Illmum Cittum de medijs satisfactionis debere adstringi. Falsum  
in Scheda Illm<sup>o</sup> Citti aperitur, Illrem Actorem Fundo debito-  
rem remansisse; imo evidens est et supra probatis per hoc tum,  
Illmum Cittum plurima Illri Actori debere, et ad restitutionem  
horum omnium, aequae ac reparationem damnoarum inde emerso-  
rum temeri.

Oppressus, afflictus, et depressus ab Illmo Citto Actor, suppli-  
cat Illmo Judici Arbitro, ut Innocentem tueatur ab iniqua oppres-  
sione, et Illmum Cittum compellat ad finendam Rem sine ulte-  
rioribus Inquisitionibus, quas Illmus Cittus optat gratia majoris,  
et gravioris oppressionis Innocentis, ac jam satis oppressi; et gratia  
ulterioris apud se retentionis alienorum; nec non ut reliquum  
Sanguinem Actoris Illmus Cittus exsugat per expensas in has  
Inquisitiones luendas. — Supplicat iterum Actor Illmo  
Judici Arbitro, ut cognitis malitiose ab Illmo Citto in eius Scheda  
inflictis, ac impictis Actori fictionibus, malitiis, mendaciis, et con-  
teris probris, quas in sua Scheda hic, et etiam in Remanifestatio-  
ne in Cancellaria Judicii Territoris Novogradensis in Actorem  
extractis; et non ~~malitia~~ malitia ipsius mentem ducente sicut in sua  
Scheda Litt. marginalibus Non calumniat Actorem; sed insa-  
nia Illm<sup>o</sup> Citti mentem ducente, hac omnia in Actorem ~~in~~  
~~Actorem~~ effudit, et nunc effundere non erubescit; revocatio om-  
nium horum Illmo Citto injungatur, simul et satisfactio Actori,  
Illmo Judici Arbitro videntia, non san da, et arbitranda.

¶. Quod dicitur Prologo 20. Illm<sup>o</sup> Citti Nro 9. de censu famali ex fundo vasto a Simone Barborya de Dachimou-  
wice nulliter extorto in Summa flol 15 gPao; revidetur in Inventario, ubi ipse nondum solvit Actori 15 gP  
jungendos florinis 15, et grosos 20. nam tenebatur juxta Inventarium de suo fundo vasto solvere flol 15  
et grosos 20, ut est per se evidens. — Eodem Prologo Nro 13. dicitur Synathio Cuyko debere ab A-  
ctore fl. 10. p segete intercepta. Sed falsum est. Nullig Villari Actor legerat segetes. Res autem  
sic se habet: Ignatius Cuyko commodavit ante adhuc tenentem Actoris Benedykuyk jstam o-  
minabant hunc hominem, cujus etiam dicitur Cuyko filiam alebat; et tam partem Soli Siligines,  
sperrans pro hac siligine sibi restituendam per edificium didi Benedykuyk, qui se brevi alie-  
navit, et actor hocce edificium Anna Barborycowa Viduo de Dubow in Dachimouic transferre  
concepit. Ignatium vero Cuyko, qui bona habuit edificia ad debitorem suum remisit; sed eij  
segetes non legerat. In Inventario non reperitur dicitur Benedykuyk, quia Anno Demuta Ac-  
toris venerat, suae filiae victualia reliquit, et iterum abiit in vias suas.